

qui contra Lutherum scripserunt, predicante ip-
so Luthero doctrinam excellentem eius, & longè
superantem Clitophei, Eccij, Roffensis, & aliorum
§ 0 ξ α ν Habitus etiam fuit pro Viro candido, qui
ex animo sentiret, ut scriberet. Morti autem
vicinus, iussit conuocari magistros, ut aiunt, no-
stros, & astantibus cum gemitu & suspirijs ex alto
ductis, inquit, propterea accersi vos iussi, ut testa-
rer, doctrinam, quam vocamus Lutheri, & quam
furenter persequimini, esse veram Christi, Apo-
stolorum, & Ecclesie doctrinam, nostram autem
esse impiam & diabolicam, & me ob ista scripta,
quæ sciens & volens contra conscientiam recens
edidi in gratiam vestram aduersus Lutheranos,
esse damnatum. Ad hanc vocem cum attoniti
& stupidi sese inuicem isti intuerentur, & cor-
datiores iuberent eum de misericordia Dei non
penitus desperare, etiamsi iam indicaret se malè
fecisse, ille de piorum supplicijs, exilijs, suo iussu
occisorum & patria pulsorum, multa cum com-
memorasset, tandem ingemiscens addidit: Frustra
laboratis, frustra me consolamini, quandoquidem
certò scio, me esse damnatum: atq; cum hac voce
statim exspirauit. Hanc historiam inter alias si-
miles recitat Reuerendus V. D. D. Alesius δ' ε υ
α γ ι ο λ ε in enarratione Psalmi X L I. De Biblijs
autem sacris, & horum versione germanica totius
mundi thesauris preciosiore, cuius exemplaria ab
vno typographo quadragies mille ante annos sanè
septende-